simplici infirmitatibus, neque pro maiori, Nec ad Munimenta quietionis, nisi ad acta Castrensia Premisliensia, neque bello, Conventionibus generalibus et particularibus, Colloquiisque generalibus, Mala et indebita citatione, eiusque intempestiva positione, Aura pestifera, Aquarum inundatione, et aliis legalibus impedimentis, Nullis denique exceptionibus Evasionibus, Modis vel cautellis excogitatis et excogitandis, terminum ipsum primum differendi, neque quovis modo ipsum Albertum Narayowski, vel eius successores evadendi, Nec poterit quicquam sibi idem Joannes Brzeszczianski cum suis successoribus contra ipsum Albertum et eius successores accipere, Nec defectus quosvis inscriptionis et citationis contra ipsum Brzeszczianski et eius successores extraditur, eidem Alberto et eius successoribus obiicere, sed decretum tam de accessorio quam de principali negotio pati, sub amissione suae totius causae, soluti quoque vadii praefati, quo soluto utique inscriptioni praesentis et in ea contentis, sub eisdem conditionibus supra expressis idem Brzeszczianski cum suis successoribus satisfacere tenebitur totius quoque eidem Alberto et eius successoribus opus fuerit.

Actum in Castro Premisliensi feria

9/I quarta post festum sanctorum trium Regum proxima Anno Domini Millesimo quingentesimo septuagesimo septimo Coram Generoso Alexio Krassiczki Tribuno et Vicecapitaneo. Dobrogostio Sapolski notario. Castrensi Premisliensi

Therleczki adscribit alio

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Premisliensi Nobilis Hryczko Therleczki Petrowicz, Iure suo termini quovis competentem recedendi, et se huic iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus bonisque suis iniscribendi sanus mente et corpore existens publice fassus est, Quia Nobilis Stefko Sawczik Therleczki et eius successores ad summam praeterea originalem Centum quinquaginta florenorum quibusvis inscriptis et in bonis Therlo Lubochow et Rosochi sortis suarum assecuratis, viginti octo florenorum pecuniae monetae Poloniae in eisdem bonis suprascriptis adscribit, summam iungit Dan et admittendum eidem Creditori in bona praedicta in summa adscriptitia reali intentionem cum actuali et pacifica possessione per Ministerium terrestrium quemcumque sibi duxerit ad intromittendum iam exnunc per officium praesens addit, Nihilominus idem recognoscens se successores bonaque sua obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia cum decursu unius Anni transferre sub vadio similis summae viginti octo florenorum pecuniae monetae

Poloniae, Pro quo vadio ob eius transportationem praesentem inscriptionis succumbendi dictus recognoscens citatus, Inhaerendo in toto sui priori recessioni Coram praesenti officio Castrensi Premisliensi in primo citationis terminis tamquam peremptorio stare parere rudere ac pro dicto vadio ab officio non recedendo ipsa satisfacere se submisit, Omnibus exceptionibus controversiis praescriptionibus suspensionibus Evasionibus Motionibus appellationibus earumque prosecutionibus, ac dilationibus ex industria humana excogitatis penitus semotis et reiectis, Nulla praescriptione terrestri obstante

Krußelniczki Itur Winniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Premisliensi Nobilis Hawrilo Krußelniczki, Iure foro et iurisdictione suis quibusvis competentem recedendi, Praeterea iurisdictioni Castrensi Premisliensi in toto quo ad actum praesentem attinet se successores bonaque sua incorporandi, meo et corpore sanus existens publice recognovit. Quia Nobilis Iwan Daszkowicz Winniczki et eius successoribus summam undecim florenorum pecuniae monetae Poloniae tenetur estque debitus, praesentibusque obligatur pro die et festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime futuro ad acta praesentia in Castro praesenti daturum et in effectu persoluturum sub vadio similis summae undecim florenorum pecuniae monetae Poloniae, Quod vadium absque quovis strepitu iuris in castro dicti solutioni assignate in summam essentialem vigenti in summam viginti quorum florenorum pecuniae convertetur, Extendetque quam a simili vadio super bonis praefati Krußelniczki heredis, extendique debebit, Similiter idem recognoscens obligat et inscribit se et successores suos bonaque sua praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria Premisliensia cum decursu unius Anni in hac vel inclusiori verborum forma transportare sub simili vadio undecim florenorum pecuniae monetae Poloniae, Pro quo vadio et vadiis ex quacumque re succubitur et succumbendi dictus recognoscens cum suis posteris per praefatum Creditorem et eius successores citatus, inhaerendo in toto sui priori recessioni Coram praesenti officio Castrensi Premisliensi in primo citationis terminis submisit se cum successoribus stare parere respondere ac pro dictis vadiis satisfacere, Omnibus exceptionibus Controversiis praescriptionibus suspensionibus Evasionibus Motionibus Appellationibus earumque prosecutionibus ac dilationibus quatenus universis in partem semotis, Nulla praescriptione terrestri obstante

Terlieczki adscribit Dankowi

Constans personaliter coram officio et actis praesentibus Castrensi Premisliensi Nobilis Lazar Romankowicz Therleczki, Iure suo quovis competentem obmisso, Et se huic praesenti iurisdictioni Castrensi quantum ad praesentem recognitionem attinet cum bonis et successoribus subiiciendi publice recognovit Quia